



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

8. Misericordes, tempore famis, misericordiam consequi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

tantur in lapides, Dictum, factum. Extemplo enim totum nauis onus, quod esui erat idoneum, in saxa conuersum est. Ego enim, ait S. Gregorius Turonensis, ex his & dactylos vidi, & elias affixi marmore duriore. Nam cum in lapidis duritiam conuersa fuissent, numquā tamen colorem, quem habuissent, perdiderunt; eadem forma, eademq; species erat. Dominus autem manus patientia motus, inquisitum senem nusquam potuit reperire; &, sicut ferunt, per multas ciuitates de ijs, qua in saxa mutata fuerant, ad videndum direxit, ut scilicet exemplum esset omnibus, ne similia perpetrarent. Qualia etiam exempla ego in pluribus locis vidi; vt in Bauaria, in templo S. Leonardi, non procul ab Aicensi ciuitate, panem pauperi negatum, in lapidem commutatum, atque inibi asseruatum. Nimirū auari ipso sunt cacoëdæmone nonnumquā peiores. Satan aiebat: *Dic, ut lapides isti panes fiant: isti autem, ne sit, quod famelicos alat, è panibus lapides faciunt, suique cordis duritiam in cibos inducunt.*

VIII.
Luc. 16. 14.

Luc. 6. 38.
Gen. 42. 1.

Greg. Turon.
lib. 2. hist.
Franc. c. 24.

6. Igitur docet memorata à nobis superiùs historia, alios esurire, vt alios ad misericordiam commoueant. Epulo ille, qui Lazaro micas negauit de mensa cadentes, postea nec aquæ guttam habuit, quâ linguam suam refrigeraret. Qui autem esurientes implet bonis, & Deum imitatur, & cum fœnore recipit, quæ in benedictione seminavit. Est enim Deus erga liberales & ipse liberalis. Hinc ait: *Date, & dabitur; neque finit famem pati eos, qui in fame, alijs succurrerunt, exemplo Joseph, qui tempore sterilitatis, omnibus aperuit horrea, non clausit, eaque liberalitate etiam fratres ac parentem paut. Sic fame aliena ad lucrum suum ysum Ecdicium memorat Gregorius Turonensis, & nos alibi ex instituto deprædicauimus. Etenim, tempore Sidonij Episcopi, magna Burgundiam fames oppressit. Diffugit populus, & vt famem vitaret, patriam reliquit. Soli ferè pauperes, quibus fugiendi potestas non erat, remanserunt. His, cum nemo esset, qui succurreret, Ecdicius senatorij ordinis vir, Sidonij propinquus, magnam rem & exemplo dignam fecit. Siquidem fame immensum innualecente seruos cum equis & plaustris, per vicinas ciuitates vndique dimisit, vt fame tabescentes ad se adueherent. Illi mandato obsecundantes, demum comportarunt, quotquot miseris*

feros repererunt. Ibi ergo Ecdicius promiscui sexū amplius quām quatuor millia, toto sterilitatis tempore, pavit, & ab interitu famis exemis. Reddita demum frugum vberitate, vnumquemque in columen pago aut ciuitati sue restituit. Pro quo tam insigni facto, post discessum istorum, hæc vox, de cælo, illi audita est: *Ecdici, quia fecisti rem hanc, tibi, & semini tuo panis non deerit in sepieternum.* Liberalitas ergo in pauperes, tempore sterilitatis, vlsura est, non jaætura. Quare congregandi sunt tunc egentes, non elimiæandi, ne & vnâ Dëvs eliminetur.

Elegantissimè & penetrantissimè S. Ambrosius ait: *Sed &* IX.
illi, qui peregrinos urbe prohibent, nequaquam probandi, expellere eo S. Ambros.
tempore, quo deberent juuare, separare a commercijs, communis pa lb. 2 de offi-
rentis fusos omnibus partus negare, inita iam consortia viuendi auer- cijis, cap 7.
runcare, cum quibus fuerint communia jura, cum ijs nolle tempore ne-
cessitatio subsidia partiri. Fera ac bestia communem putant omnibus
victum, quem terra ministrant. Ille etiam consortem sui generis ad-
juuant, homo impugnat, qui nihil a se alienum credere debet, quidquid
humanum est. *Quanto ille rectius, qui cum proiecta processa atate,*
& famem toleraret ciuitas, atq; ut in talibus solent, peterent vulgo,
ut peregrini urbe prohiberentur, prefettura urbana curam cateris
maiorem sustinens, conuocauit honoratos, & locupletiores viros poposcit,
ut in medium consulerent, dicens, quām immane esset peregrinos ejici,
quām hominem ex homine exueret, qui cibum morienti negaret. Canes
ante mensam impastos esse non patimur, & homines excludimus? *Quām*
inurile quoq; tot homines mundo perire, quos dira fames conficeret;
quantos urbis sua perire qui solerent adjumenta esse, vel in conferendis
subsidis, vel in celebrandis commercijs: neminem fame alienâ juvari,
protrahere ut plurimum diem posse, nō inopiam repellere; immo tot cul-
toribus extinctis, tot agricolis occidentibus, occasura in perpetuum
subsidia frumentaria. *Hos igitur excludimus, qui victum nobis in-*
ferre consueverunt. *Hos nolumus in tempore necessitatis pascere, qui*
nos omni atate pauerunt. *Quanta sunt, qua ab ipsis nobis hoc ipso tem-*
pare ministrantur? Non in solo pane vinit homo. Nostra illic familia,
pleriq; nostri etiam illic parentes sunt. Reddamus quod accepimus. Sed
veremur, ne cumulemus inopiam. Primùm omnium misericordia
numquam destituitur, sed adjuvatur. Deinde subsidia annone, qua